

65
LECTIONES PVBLICAS
ET PRIVATAS
PER INSTANS SEMESTRE HIBERNVM
IN ACADEMIA LVDOVICIANA
DEO DVCE ET AVSPICE HABENDAS

RECTOR
IO. FRIDERICVS
WAHL,

PROFESS. IVR. ORDIN. ET ACAD. SYNDICVS

VNA CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO

INDICIT ET AD EAS SEDVLO AVDIEN-
DAS GENEROSOS AC NOBILISSIMOS OMNIVM FACVL-
TATVM STUDIOSES PERAMANTER INVITAT

D. VIII. SEPT. ANNO M DCC XLIII.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

GISSAE,

TYPIS E. H. LAMMERS, ACAD. TYP.

In Facultate Theologica.

D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,

Prof. Publ. Ord., Superintendens & Consistorialis.

Praelectionibus publicis in *Hist. Ecclesiasticam* N. T. eam partem, quae *perarduum* Reformationis Evangelicae negotium refert, cura omni adnectet, & quidem in Studiolorum gratiam, qui suam huc vsque diligentiam probarunt. *Privatim Theologiam dogmaticam*, intra semestre tempus absolvendam, proponet, nec non Chronotaxi in suam Evangelistarum harmonicam, instante hyeme, b. c. D. ad finem perducet.

D. REINH. HENR. ROLLIUS,

Prof. Theol. Ordinarius, Consist. eccles. Assessor, & Districtus Alsfeld. Superintendens.

Ad finem bono cum Deo perducta *Mataeologia* Zinzendorffiana, proxime, si Deo visum fuerit, per disputationes academicas in publicum extendenda, publice nunc per instans semestre hibernum *loci novi Test. praecipua* a corruptelis novae versionis vindicabit, alterisque vicibus *b. FECHTII Syllogon controversiarum* explicabit. *Exercitium quoque disputatorium* in eandem *Syllogen*, diebus Mercurii & Louis, hora quadam pomeridiana continuabit. *Privatim lectiones dogmaticas* in *BAIERVM* de novo auspicabitur, historiam dogmatum pro more singulis subnexurus capitibus, & quo pacto ad praxin pietatis omnia dirigenda sint, ostensurus.

D. IO. HERMANNVS BENNER,

Th. P. O. Superint. & Consist. Paedagogiarcha, schol. per Princip. super. Ephorus, b. a. Decanus.

Dogmaticae theologiae partem II. & III. d. a. absoluet. *Exegeticam & homileticam* in pericopas evangel. persequetur. *Moralem* ad finem perduxit, orsusur denuo, si dabitur facultas. Publicis disputationibus



materiam offert; in primis libellum, quo *responsio Mulleri*, sectae Zinzendorfianae coryphaei, discussa est. *Heptadis orat. sacrar. Comitum*, notas homileticas dato loco dispellet.

ERN. FRID. NEUBAVER,

*S. Theol. Doct. eiusque Prof. publ. extraord. Stipendiator.
Principal. Ep̄orus.*

Svis in *Exodum & Leuiticum* praelectionibus publicis *mysterium Christi*, in V. T. latens, quam diligentissime monstrabit. Privatim in docenda *hermeneutica sacra* ad ductum RAMBACHIANAE strenue perget; ad *homiletica* quoque *praecepta* paratus. Ceterum *preces, studia, anxores* alumnorum principalium diligenter moderabitur. Faxit DEVS omnia feliciter!

In Facultate Juridica.

D. IO. FRID. KAYSER,

*In Regimine & Consistorio Ecclesiastico Director, Iur. Prof. P.O.
& Primar. nec non rerum Oeconomicarum in Alma
Ludoviciana Inspector perpetuus.*

Quantum per labores pragmaticos sibi nuper impositos licebit, Collegiis quoque privatis & privatissimis Nobilissimorum Dn Dn. Commilitonum studia promouere non desistet, nec deerit officio suo, si qui rariores Iurisprudentiae materias pro Cathedra defendere cupuerint.

D. IO. FRID. WAHL,

P. P. O.

Quamdiu in hac vrbe commorabitur, operam dabit, ut officio suo, quo hucusque functus est, quoad fieri possit, satisfaciat.

D. HENRICVS CHRISTIANVS SENCKENBERG,

*Consil. Serenissimi in Regimine ut & diuersorum Principum
ac Statuum, nec non P. P. Ord.*

Futuro semestri praeleget I. Publice Diss. II. III. IV. *Praecognitorum,*
Historiam Iuris, Librorum cognitionem, & generalia obligationum
Principia sistentes. Priuatim II. *Corpus Legum* recens editum, ambi-
tum totius Iuris Ciuilis pandens. III. *Ius Germanicum* ductu Compen-
dii sui *Anfangsgründe* dicti. IV. *Praxin*, tum communem, tum summo-
rum Imperii Dicasteriorum, cuius principia praelo committet. In re-
liquis non defuturus honoratiss. Dom. Commilitonum desideriis.

D. FRANC. IVST. KORTHOLT,

P. P. O.

Publice *historiam* I. R. G. ductu SCHMAVSII exponere perget. Pri-
uatim *ius publicum & feudale* interpretabitur. Ceterum ad deside-
ria Nobilissimorum Dom. Commilitonum se adcommodabit.

ERN. CHRISTOPH. ARNOLDI,

I. V. L. Prof. Publ. & Facult. Iurid. Assessor.

In Lectionibus hybernis publicis Ius criminale ex *Imperatoris Caroli V.*
Constitutione criminali explicabit. Genuina vero processus ciuilis in-
quacunq; Iudicii parte obseruandi praecepta, priuatim ex *Strykii Intro-*
ductione ad praxin forensis, vel etiam separatim ex *ordinatione processus*
Darmstattini tradet, ac applicationem in elaborandis casibus ostendet.
Deinde *Ius ciuile* ad ductum Compendii Lauterbachii, & Imperato-
ris Iustiniani Institutionum, *Ius Canonicum* ex Institutionibus Boehmezi,

&



67

& *Ius Feudale* docebit, operam daturus, ut omnia collegia hoc semestri hyemali spatio absoluant.

IO. ERNESTVS HOEPFNER,

Pr. Iur. Extraord.

In iure civili ill. Boehmeri ius Digestorum explanabit: in Iure Criminali Cl. Boehmeri partem specialem pertractabit: in iure publico Mascouii principia locupletabit.

IO. CHRISTOPH. BALSER,

Prof. Iuris extra-ord. & Facult. Iurid. Assessor.

Lectiones ad b. Heineccii Elementa Iuris secundum ordinem Institutionum & Compendium Lauterbachianum superiori aestate coeptas, b. e. D. instante semestri ad finem perduceret. Iuris praeterea ecclesiastici interpretationes ad Nobil. Dn. Commilitonum desiderium denuo ingredietur.

ST. S. WLOEMEN,

Jurium Doct. eorundemque Prof. extraordinarius.

Lectionibus academicis proxime ante ferias, hoc semestri, finitis, novas auspiciurus, Institutiones tam Iuris ciuillis Iustinianaeas, quam Iuris Can. ad ductum Domini Boehmeri, ut & pandectas ad Lauterbachianum compendium iuris, hoc vltimum tamen horis, si placuerit, duplicatis, ordietur. Praxin Domini Commilitonibus desiderantibus, B. Strykii Introductionem ad praxin forensis praes aliis commendat, eosque pro more sedulo exercebit.

In

In Facultate Medica.

D. IO. CASIM. HERTIVS, P.P.O.

SI Deus vitam viresque largiri voluerit, non deerit Nobiliss. Dnn. Commilitonibus, in iis, quae ipsi impositae sunt partibus, nec publice modo, sed priuatim quoque in anatomicis pariter atque chirurgicis eorundem satisfacere desiderio pro virili conabitur.

D. LYD. HENR. LEO HILCHEN,

Facult. Med. h. t. Decanus.

Publice doctrinam de formulis praescribendis exponet. Priuatim methodum tuendi ac restituendi sanitatem docebit; nec in vlla parte artis salutaris opellam suam desiderari patietur.

D. FRID. WILH. HENSING.

P. P. O.

Publice osteologiam ad ductum HEISTERI tradet, additurus perfectiorem huius anatomiae partis expositionem secundum WINSLOVM atque ALBINVM. Priuatim splanchnologiam in theatro anatomico explanabit, nec non chirurgiam ductu BOERHAVII exponet, iis quoque, qui in anatomia subtiliori proficere percipiunt, non defuturus.

In Facultate Philosophica.

CHRIST. FRID. AYRMANNVS,

Histor. Prof. publ. & Bibliothecar. acad.

Lectionibus priuatis illustrabit *Puffendorffii* Historiam praecipuorum Europae regnorum & Statuum, adhibitis Annotationibus *Christ. Godfr.*

68

doctr. Franckensteinii, quas nuper Hamburgi typis excudendas dedit, Satisfactorius & reliquis muneris sui partibus, quamprimum impedimenta remota fuerint.

IAC. FRID. MULLER,

Ph. P. O.

Logicam in praelectionibus suis Deo praeside continuabit, & si qui a capite illam audire voluerint, his quoque opera sua non deerit. Ontologiam, Psychologiam & Theologiam naturalem tradet, vel cum intersperso philosophiae modernae examine, vel rhetice saltim, omisso illo. Cupidis doctrinae commilitonibus in aliis etiam omni, quo potest, modo manus porriget auxiliatrices.

IO. LVDOVICVS ALEFELD,

Philos. natural. Prof. ord.

Lectiones publicas ad Physicam omnium, qua par est, fide ac diligentia continuabit, easque hac, quam ingredimur, hieme, Deo clementer annuente, absoluet. Si qui etiam sint, qui collegia vel priuata, vel priuatissima expetant, eorum studia quouis modo promouebit, nec operam suam vlla in re patietur desiderari.

ERN. FRID. NEUBAVER,

Theol. & Philos. D. Antiqq. itemque Philologiae sacrae & orientalis Prof. ord.

Publice in biblis ebraicis *Exodus* & *Leuiticum* b. c. D. percurret. Priuatim in collegio philologico-graeco priorem ad *Corinthios* epistolam vna cum sequentibus methodo consueta exponet, neque non, si selectiora quaedam ingenia eo eritantur, *Chaldaicae* atque *Syriacae* linguae praecepta praeiungat tradet.

CHRIST.

CHRIST. LYDOV. GERSTEN,

Math. P. O. & R. S. Lond. S.

QVam res, tempus & status concedet, eam omnem operam vsui & honestis studiosae Iuuentutis desiderijs tribuet.

IO. ERNESTVS HOEPEFNER,

Pr. Moral. Ord.

ETHicam publice ad ductam B. Heineccii tradet, priuatim Officia Hominum & ciuium consuetam methodo sua illustrabit?

CHRISTIANVS FRID. MEIS,

J. V. & Philos. D. Prof. Philos. Extraord.

PUBLICe ab hora III. ad IV. postmeridianam omnes Philosophiae theoreticae & practicae partes secundum ordinem, quem Thummius in institutionibus Philosophiae Wolfianae obseruauit, explicabit. In priuatis lectionibus partes Philosophiae sigillatim exponendas sibi sumet voluntati praestantissimorum Dnn. Commilitonum sese accommodaturus.

PRAeter ista, generosis quoque ac nobilissimi ciuibus, de luculenta equitandi, pugnandi gladio, saltandique, palestra, Gallicae item & Italicae linguae scholis, per magistros earum artium peritissimos, publice constitutos, abunde prospectuum est.

TOLEDO